Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

[illegible]

Sciendum eſt uobiſ fr̄ſ cariſſimi ·
quia ſuperiuſ dixit dn̄ſ nicho
demo de filio hominiſ qui exal
tari in cruce & mortem potuit pa
ti · Sed ne putaret nichodemuſ filium
tantum hominiſ eſſe cum a quo uita
eſſet expectanda perpetua · curauit ei
dn̄ſ etiam diuinitatiſ ſuę patefacere
ſacramentum · unum que & eundem
filium dei & filium hominiſ mundi
oſtendere ſaluatorem · Nam ſequitur ·
Sic enim dilexit deuſ mundum · ut fi
lium ſuum unigenitum daret · ut om
niſ qui credit in eum non pereat · ſed ha
beat uitam aeternam · Vnde notan LI
dum · quod eadem de filio dei unigeni
to replicat · quae de filio hominiſ in
cruce exaltato premiſerat dicenſ ·
ut omniſ qui credit in eum non pe
reat · ſed habeat uitam aeternam ·
Quia profecto idem redemptor & con
ditor noſter · filiuſ dei ante ſecula
exiſtenſ · filiuſ hominiſ factuſ eſt in
fine ſeculorum · ut qui per diuinita
tiſ ſuae potentiam noſ creauerat ad
perfruendam uitae beatitudinem
perenniſ · ipſe per fragilitatem huma
nitatiſ noſtrae · noſ reſtauraret ad
percipiendam quam perdidimuſ ui
tam · Vnde nobiſ ſatagendum eſt LII
fratreſ cariſſimi · ut diuiniſ beneficii
iſ uicem rependenteſ · diligamuſ toto
corde · tota anima · tota uirtute dn̄m
patrem · qui noſ tanto amore prior
dilexit · ut proprio filio ſuo non pe
perceret · ſed pro nobiſ omnibuſ traderet
illum · Diligamuſ ipſum filium · qui
cum in forma dei eſſet · noſtrae liber
tatiſ & uitae gratia formam ſerui ac
cepit · factuſ oboedienſ uſque ad mor
tem · mortem autem cruciſ · Et ſicut
de eo dicit apoſtoluſ iohanneſ · qui di
lexit noſ & lauit noſ a peccatiſ noſtriſ
in ſanguine ſuo · Diligamuſ ſcm̄ eiuſ
dem patriſ & filii ſpm̄ · cuiuſ gratia re
nati · cuiuſ unctione ſignati ſumuſ · in
die redemptioniſ · Qui ubi uult ſpirat ·
& ubi cum que ſpirat · continuo flam
mam eiuſdem diuinae dilectioniſ
accendit ·

LECT S EV̄G SEC IOHAN

In illo tempore · Dixit ih̄c diſcipu
liſ ſuiſ · Amen amen dico uobiſ · qui
non intrat per oſtium in ouile ouiū ·
ſed aſcendit aliunde · ille fur ē & latro & reſ ·